



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Venerabilis Patris Thomæ à Jesu ... Opera Omnia**

Homini Religioso Et Apostolico Tam Qvo Ad Vitæ Activæ, Qvam Contemplativæ functiones utilissima, Duobus Tomis Comprehensa. In Qvibvs Singvlari Pietate, Varia Ervditione Clariori Et Breviori Stylo Continentvr Et Explicantvr ...

**Tomás <de Jesus>**

**Coloniæ Agrippinæ, 1684**

Capvt III. De beneficentia erga infideles exercenda.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38601**

minum, & abjectio plebis. Quam verò constanter in amore ingratissimæ & pestimæ gentis perseveraverit, quam ardentem necematus, & capitalissimo odio habitus ab inimicis, civibus, & popularibus suis, inimicos ipse dilexerit, quam facilis ad ignoscendum fuisset hostibus, & interfectoibus immanissimis & efferratissimis, fuerit in ipso fervore tanti sceleris mortis suæ, locupletissimè testatur, vel una ejus oratio: *Pater dimitte illu, quia nesciunt quid faciunt.*

## CAPVT III.

## De beneficentia erga infideles exercenda.

**N**ihil æquè iuvat ad Barbarorum fidem benevolentiamque conciliandam, quam erga ipsos beneficentia, quæ à charitate ortum habet: dei enim non potest, quam sit ad persuadendum efficax charitas, & viscera digna Apostolo, juncta simul cum beneficentia: beneficentiam autem appello, qua fructum salutis fortunisque consulumus. Hanc in omni Rectore adversus subditos magnopere necessariam esse eleganter Gregorius ostendit: *Egentiu (inquit) mentem doctrina sermo non penetrat, si hunc apud eju animu manus misericordie non commendat. Tunc autem verbi semen facile germinat, quando hoc in audientiu pectore pietas predicantis rigat. Nam quasi iure, ut diximus, à percipiendis predicatione gregu animu frangitur, si cura exterioris subsidij à Pastore negligatur. Quare si lucra animarum sitimus, compendiarie via beneficentia est: ea enim facile animos expugnat ac devincit, quicquid vult copiose perorat, atque persuadet. Nam idè Christi Apostolorumque signa tam ad fidem astruendam fieri potentia, quod omnia pænè hominum utilitati impenderentur. Inde facile ac libenter conciliati animi hominum salutis consilia ab optimè de se meritè hauriebant: *mortuos, inquit, suscite, leprosos mundate, infirmos curate, demones ejcite, & ad cornulum omnium, quod gratis accepistis, gratis date.* Hoc extremum si sinceritate Evangelio digna in Dei præconibus gentes cernerent, quamvis barbare, quamvis feræ, brevi profecto mansuescerent, omnique illa feritate deposita, lenissimo Christi iugo victa colla submitterent. Et canes, & pilces, & ipsi immanes leones beneficia sentiunt, & eà gratitudinis suæ argumenta historicis conscribenda dederunt, quæ homines nisi flectant, saxos planè monstrant.*

Habemus etiam in hoc exemplum, quod Apostolus Paulus in procurandis proximorum subsidij etiam terrenis edidit: *In carnalibus*, ait S. Chrysost. Hom. 37 de laudibus Pauli, *non in spiritualibus solum plurima sollicitudinis ac providentia sua documenta prestabat. Audi quomodo pro una muliere ad universum scribat populum: Commendo autem vobis Phaben sororem meam, qua est in ministerio Ecclesie, qua est in Cenchris, ut eam suscipiat in Domino dignam sanctu, & assistat ei, in negotio quocunque vestri indigerit. Et iterum: Nostis, ait, domum Stephanæ, ut & vos subditi sitis hujusmodi. Et rursum, Cognoscite, qua hujusmodi sunt. Post confirmans idem exemplo Eliæ Prophetæ, addit: *nec de viatico illorum quos evocabat curam gerere designatus est. Tito scribens, ait: Zenam legi perivi, & Apollo sollicitè præ Thom. à Jesu Oper. Tom. I.**

*mitte, ut nil illu desit, etc. Qui autem pro uno servulo fugitivo Onesimo, & qui ex rebus Domini multa substraxerat, integram omnique assiduè epistolam plenam ad Philem sine cunctatione composuit, qualis circa alios fuerit perpende. Unum enim ille pudore dignum putavit, aliquid scilicet pro cuiuslibet salute negligere. Propter hoc agebat omnia, nec omnino quicquam prohibu, qui salvandi erant, cunctabatur impendere, non verba, non pecunias, non corpus ipsum. Quoniam, inquit, libenter impendam, & superimpendam ipse pro animabus vestris. Hæc enim expeditissima ad conciliandos Evangelio homines via est. Sentiant Infideles, sentiant Catechumeni, sentiant Neophyti, patrem & advocatum. Pro ijs sæpè impellet apud Ducem & Magistratum, hos à militum injuriis tueatur, horum egestati consolat, vel propria mendicitate. Si quid acerbius designandum erit in aliquem, hujus ipse administer non sit. Theaurizet potius filius parens, ac non solum sua, sed & felibenter impendat, & superimpendat pro animabus eorum, licet plus diligens minus ipse diligatur: neque datum requirat, sed fructum.*

Præterea in Christianis non solum barbarissimæ nationes, sed & Japonenses, & Chinentes nihil ita suspiciunt atque admirantur, quam beneficentiam, & liberalitatem: præsertim cum eà ad se redundare perspexerint: quia in et illos, maxime vero inter Indos, Stipem vilem, aut pusillum frumenti, qui ulro alteri præbeat vix invenitur: sunt enim in ægrotos parum misericordes, in senes, & egentes illiberales, in oppressos laboribus & arumnis, inhumani. In contrariis igitur ministeriis resplendat Christiana charitas, quæ in beneficentia sua est: quæ excolenda & verbis & factis à ministro Christi. Quare ejus studium in conversione infidelium inter alia sit, operari bonum ad omnes; neque pigeat Evangelij ministrum ægrotos visitare, xenio aliquo recreare, famelicum cibario saltem pane pascere, nudum operire, pauperem, cui non est adjuvor, à divitiarum calumniis & potentia eipere, pro afflictis Principem Magistratumve convenire, cælibes matrimonio honestè quaesito collocare, rem familiarem consilio augere, morientibus sedulo & benignè assistere, sepulturam curare, eos qui quaeruntur ad mortem eripere, lites & dissidia componere: omni denique officij genere cumulatè prosequi: siquidem certissimè sciat Christo Christianæque Religionis honorem maximum ad spirituales fratrum salutem viam apertam, sibi præmium copiosum parari: si verum illud est quod veritas ipsa dixit Matth. 25. *Quod minimis istu fecistis, mihi fecistis.*

## CAPVT IV.

## Oportere Ministros ante omnia sibi ipsis attendere.

**P**rimum, & ante omnia præ oculis habendum est, ne zelus alios promovendi, sive ad fidem convertendi, aedè fervens & ardens sit, ut sui jara à Ministris neglecta alijs existiment te commoddè posse consulere: nam & charitas, quæ tanta ac tam præclara virtus est, ordinata esse debet, idque ad eò necessarium esse, ut si ordinata non sit, nec charitas quidem sit, sed aliquis alius effectus charitatem simulans. Ordo autem præcipuus hic est, ut in ijs